



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec- || catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XXX. Vtrùm possit curam animaru[m] habens, antequàm sit Sacerdos,
co[m]missionem eligendi Confessarium dare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Caput VI. De Ministro

do duo fratres de licentia Prælati peregrinantur, possunt se mutuò absoluerè, etià cum peruenerint ad alium Episcopatum.

Quæstio Potestne curam animarũ habens, an-
XXX. tequàm sit Sacerdos, commissionem eligendi Confessarium dare?

Respõsio. POTEST, vel hoc nomine, quia titulum habet.

Quæstio Potestne excõmunicatus Parochus fa-
XXXI. cere copiã eligendi Confessarium?

Respõsio. NON potest, quia commissio illa est actus iurisdictionis, qua caret excõmunicatus, probabilè tamen est, commissionem talem legitimè factã, superueniente postea excõmunicatione, durare, quia illum actũ fecerat legitimè.

Quæstio Tenetũrne Parochus subditorum suo-
XXXII. rum Cõfessiones non solũ in Quadra- gesima, sed etiam extra eam, quoties scilicet illi confiteri uelint, audire?

Respõsio. DVbium non est, quin Parochus subditorum suorum Cõfessiones eo tempore, quando uidelicet ipsi cõfiteri tenentur, utpote semel in Anno, & in articulo mortis ne-